

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Icones sive imagines virorum literis illustrium


Reusner, Nikolaus

Argentorati, 1587

Ioannes Forstervs

[urn:nbn:de:bsz:31-271751](#)

IOANNES FORSTERVS
Hebræus Theologus.



*Patria sit quamvis Augusta & Sueuica tellus:
Arguit Hebreum me sacra lingua magis.*

M. D. LVI.

IOANNES FORSTERVS AVGV-
stæ Vindelicorum natus anno
M. CCCC. XCV.

Permultis Germaniæ Academijs perlustratis,
Linguarum habens præcipuarum
studium potissimum:
Sacrae Theologiæ Doctor Vitebergæ pro-
nunciatus:
Ac dein Professor Linguae Sanctæ in Acade-
mia habitus longè doctiss.
Quam & Lexico edito illustravit pluri-
mum, & amplificauit:
Post fidelem multis annis Reipub. Christia-
næ nauatam operam:
Iisdem studijs, quibus contentus vixerat, fe-
liciter immortuus,
Obiit anno Domini M. D. LVI. XII.
Decembr. Aet. L XI.

Josephi à Pinu

Eteostichon.

Relliquit vitæ extinctus Forsterus ut auras:
Acronicho Castor surgit ad astragradu.

N v

IN IOANNEM FORSTERVM
Theologum.
GEORGII FABRICII.

Sic loqueris Forstere, velut de semine cretus
Isacidum; sancta est lingua paterna tibi.
Sic scripta exponis meritum testantia Christi:
Ut manet libris cœlica vena tuis.
Ornetur tumulus serti: cedroq; linantur,
Commendant docti quæ monumenta viri.

Homo Dei imago. Esa. 43.

IOAN. LAVTERBACHII.

Laudare mortalis, Deumque noscere.

E terris ad imaginem beatam
Est formatus homo, Dei parentis
Vt cognoscat in hoc doloris eum,
A quo conditus est, Deum parentem:
Aeternis ut in hoc doloris eum,
Toto pectore, viribusq; totis,
Laudibus celebret Deum parentem.
Non tantum didici Deum parentem,
Hoc quantum patitur doloris eum,
Recte noscere, sicut in salute
Christo se patefecit: inq; Christo
Non tantum studui Deum parentem,
Hoc quantum patitur doloris eum,
Toto pectore, viribusq; totis,

In templis celebrare gratus: Ipse,
Nomen Gratia cui dedit perenne,
Forsterus quoque publicus Hebreæ
Linguæ sedulus in scholis Prophetas
Atque oracula Doctor explicauit.
Meo præstiterim quid in labore,
A me postgenitus quod est relictum,
Hebreum tibi Lexicon probabit.

Et cognoscere laudibus parentem,
Et Deum celebrare sempiternis,
Munus est hominis, Dei beatam
Conformati ad imaginem parentis.

P: CANDIDI.

Clara tuo redditis sacra lumine Biblia doctor
Forstere: hinc nomen clarius ipse geris.

NICOLAI REVSNERI.

Dum fontes aperis, & lingue flumina sanctæ
Corriuas sacræ eiacula taphos;
Multum Religio debet tibi sancta: fidelis
Cuius es interpres, scriptor & arte bonus.
Multum Græca tibi, Germana, Latinaq; debet,
Siq; alia est, sacra quæ Biblia, lingua, legit.
Nam fontes liquidos vestigias ritè Sionis
Sanctæ, cœlestes vnde petantur aquæ.
Donec religio, lingua pius usus Ebraæ
Donec erit, celebris laus tua semper erit.